certum per eos expreſſuȝ annuũ valorẽ non excedere nõnunq̃ȝ

obtineāt a ſanctitate ſua vt valorē annuū hmōi augere poſſint
ꝛ verius exprimere in cōfectione litterarꝫ ſuper eiſdē impetra/
tionibus ſūma ad quā valorē ipſuꝫ augere valeāt aliter nō ſpe
cificata: ne de virtute cōceſſionis p̄dicte in poſterū heſitari cō
tingat: declarauit p̄textu cōceſſionis hmōi valorē ip̄m vſqꝫ ad
tertiā partē valoris expreſſi· ꝛ in p̄ma que deſuper fiet litterarꝫ
expeditione dumtaxat augeri poſſe· et eas quas lr̄is expeditis
cū exp̄ſſione valoris ſpecificati: aut nō integro augmento p̄di/
cto denuo deſup expediri cōtingeret lr̄as cū aliquo augmento
valoris hmōi nullius eſſe roboris vel momenti etiam ſi motu ꝓ
prio beneficiales gratie ꝛ diſpoſitiones quecunqꝫ a ſanctitate
ſua emanarunt·

¶ Qꝫ officiales nihil exigant vltra debitū·

¶ Itē prefatus ſanctiſſim⁹ dn̄s nr̄ papa intendēs exactiōibus
quas ſua ſanctitas nō ſine diſplicētia fieri intellexit per offici
ales Ro. cu. qui cōſtitutis eis emolumētis pro exercitio officio
rū que obtinēt nō cōtenti vltra illa a ꝓſequētibus negociorꝫ
quorūlibet expeditionē in eadē exigere nō verenī. Obuiare vo
lens diſtricte p̄cipiendo inhibuit oībus ꝛ ſingulis queuis offi
cia in eadē curia obtinētibus ne de cetero quicq̄ꝫ p̄textu offici
orū que obtinēt quouis colore etiā celerioris expeditōis vltra
emolumēta hmōi exigere· aut etiaꝫ a ſpōte ſoluētib⁹ recipe ſeu
ad hūc effectū expeditionē eorꝫ que eis incūbūt malicioſe dif/
ferre p̄ſumant ſub excōis late ſn̄ie illius abſolutione p̄terq̄ꝫ in
mortis articulo ſibi retēta ꝛ p̄ter illam ſuſpēſionis a perceptōe
emolumentorꝫ hmōi pro prima ad ſemeſtre: ꝛ pro ſecūda ad an
nū: ac pro tertia vicib⁹ quibus ſic excederēt priuatiōis officio/
rū per eos obtentorꝫ in quibus ſic exceſſerint penis eoipſo cuꝫ
cōtrafecerint incurrēdis· ac voluit tā ſoluētes q̄ꝫ ſcientes ꝛ nō
reuelātes ſimilē excōis ſn̄iaꝫ incurrere quodqꝫ ſctē Ro· ec· vice
cācellarius: Camerari⁹ ꝛ maior penitētiari⁹ excedētes ip̄os re
ſpectiue ꝓut eis ſubſint per ſubtractionē ꝓuentuū eorundē ac
alias cōpellant ab hmōi illicitis exactōibus abſtinere faciātqꝫ

ꝛ mãdent excedẽtes penis p̄dictis irretitos publice nũciari.
Placet ꝛ publicent̄ ꝛ deſcribant̄. J.

Lecte ꝛ publicate fuerũt ſupraſcripte regule Rome in cãcellaria ap̄lica die ſabbati. xi. menſis Decẽbris Anno a natiuitate dñi. M. cccclxxxiiii. ponti. S. D. N. dñi Innocẽtij diuina ꝓuidentia pape. viii. Anno primo.

Q̄ in cõmendis fiat expreſſio valoꝝ beneficioꝝ obtentoꝝ ꝛ ad que ius eis competit.

Sanctiſſimus in xp̄o pater ꝛ dñs noſter dñs Innocẽtius papa. viii. ꝓuide cõſiderãs q̄ dũ lr̄e ap̄lice ſup prouiſiõibus ꝛ aliis diſpoſitionibus beneficioꝝ eccleſiaſticoꝝ quorũlibet non expreſſo valore fructuũ ꝛc. eorundẽ in Cãcellaria ap̄lica ſeu alias expediunt̄ illaꝝ expeditio ob nõ factã expſſionẽ valoris hmõi nõ paruũ retardat̄ in camera ap̄lica illius p̄latis p̄ſidẽtibus et clericis volẽtib9 ip̄as lr̄as relaxare nõ facta ꝓbatione legittĩa de valore fructuũ eorundẽ. Cõtingit nõnunq̄ Cameraꝫ ipſam hmõi probatiões teſtibus nõ vera deponẽtibus dãnificari cũ onere cõſcientiaꝝ tam teſtiũ q̄ꝫ eos inducentiũ: ac volẽs celeriori expeditõi lr̄aꝝ earundẽ cõſulere ꝛ fraudib9 hmõi obuiare: conſtitutionẽ ſuã de exprimẽdo valorẽ bñficioꝝ eccleſiaſticorũ de quibus per. S. ſuã pro tp̄e prouidet̄ ſeu ꝓuideri mandatur ad eas gr̄as quas a ſua. S. in poſteꝝ motu ꝓprio emanare ꝯtinget in eadẽ cõſtitutõe exceptos ꝛ ad lr̄as per quas ꝓmotis pro tp̄e ad cathedrales etiã metropolitañ. eccleſias ac monaſteriorũ regimia in titulũ cõmendã ſeu adminiſtrationẽ etiaꝫ motu ꝓprio ꝯcedit̄ q̄ monaſteria ꝛ alia beneficia eccleſiaſtica ſecularia ꝛ regularia per eos obtẽta: ac in q̄bus ꝛ ad q̄ eis ius ꝯpetit retiere poſſint extẽdit: ꝛ voluit in poſterũ quo ad valorẽ hmõi expſſionẽ firmiter obſuari. diſtricti9 inhibẽs illis ad quos ſpectat in cãcellaria ꝛ alibi ne lr̄as ipſas ſine hmõi valoris expſſione expedire quoquo modo preſumat.
Placet motu ꝓprio ꝛ publicet̄ ꝛ deſcribat̄. J.

Lecta ꝛ publicata die lune. xxiiii. Januarij. Anno a natiuitate

dñi·M·cccclxxxv·Anno primo·

¶Q̄ collitigātes friuoli nō ſurrogent̄·

¶Sanctiſſimus in xp̄o pater ⁊ dñs noſter dñs Innocētius di uina ꝓuidētia papa·viii. inherēdo veſtigijs fe·re· Pauli pape ij·predeceſſoris eiuſdē cupiēs eoꝝ fraudibus obuiare qui viuē tiū beneficia illoꝝ preſertim quibus aut propter ſeniuꝫ aut ob infirmitatē vite iminet periculū impetrant vt illis decedētib⁹ tanq̄ꝫ collitigantibus in illoꝝ iuribus facilius ſurrogent̄: vo/ luit ſtatuit ⁊ ordinauit vt deinceps nemo in iure vel ad ius in beneficio defuncti qđ illo viuēte in caſibus p̄miſſis vel ſilibus impetrauit aliquo mō ſurroget̄: ac gratia ſi neutri ſi nulli ſeu noue ꝓuiſiones aut perinde valere taliter impetranti nullate nus proſit: qđ etiā ſtrictiſſime obſeruari voluit in impetationi bus beneficioꝝ per priuationē ⁊ amotionē ex quibuſuis crimi/ nibus ⁊ exceſſibus forſan perpetratis etiam ſi vſq̄ꝫ ad diffiniti uam ſententiam que tamen in rem nō tranſiuit iudicatam pro ceſſum fuerit·

¶Q̄ ſtatus cauſe in ſurrogatōibus exprimat̄·

¶Itē idem ſanctiſſim⁹ dñs noſter voluit ſtatuit ⁊ ordīauit q̄ quotiēs inantea aliquē ſup quouis bñficio ec.collitigātē in iu re vel ad ius ſi qđ forſan eius aduerſario in eodē bñficio ꝯpete bat ſurrogari cōceſſerit prefatus collitigās corā quo cauſa pē/ det indeciſa necnō illi⁹ ſtatū ac ad quos termīos ſaltē ſubſtan tiales ꝓceſſuꝫ fuerit ⁊ verā ac ſpecificā ex qua legitime cōſtare poſſit prefatū collitigantē ſurrogatōꝫ ipſaꝫ nō ambitioſe quere re exprimere teneat̄: alioqn ſurrogatiōes cōtra tenorē p̄ntium facte nullius ſint roboris vel momēti.

¶Lecte ⁊ pubiicate fuerūt ſupradicte regule Rome in cācella ria ap̄lica die martis p̄ma mēſis Marcij· Anno a natiītate dñi M·cccclxxxv·pont·p̄fati Innocētij Anno primo·

¶Q̄ dignitates nō maiores in cathedralibus pre eminentiā in collegiatis habētes cenſeant̄ eſſe cō prehenſe ſub generali reſeruatione.

¶Licet ſanctiſſim⁹ in xp̄o pater ⁊ dn̄s noſter dn̄s Innocētius diuina ꝓuidētia papa·viii·⁊ fe·re·Sixtus papa·iiii·⁊ ſui anceſſores Ro·pont·pro tp̄e exiſtētes in pmordijs ſuoꝝ pōtificatus per ſuas certi tenoris cōſtitutiōes inter alia oēs ⁊ ſingulas dignitates in collegiatis eccleſijs pncipales collatōibus ſuis generaliter reſeruauerint·Quia tn̄ a nōnullis reuocat̄ in dubiū an dignitates q̄ in cathedralib⁹ vel etiaꝫ metropolitanis poſt pōtificalē nō maiores exiſtāt ⁊ q̄ ap̄lice ſedis indulgētia vel ordinaria aucte aut cōſuetudine pſcripta: aut al's quouis mō in collegiatis eccleſijs p̄eminentiā principalē hic noſcunt̄ ſub reſeruatōibus predictis debeant cōprehendi·

¶Q̄ dignitates hmōi cōprehendant̄ ſub prioribus reſeruationū cōſtitutionibus·

¶Idem ſanctiſſimus dn̄s nr̄ ad ipſā ambiguitatē ſubmouendā pie memorie Pauli pape·ii·ſui p̄deceſſoris veſtigijs inherēdo decreuit dignitates hmōi ſub p̄oribus cōſtitutōibus reſeruationū cōprehendi debere nullūq; de illis p̄ter Romanū pōtificē diſponere poſſe· Uolens inſup ⁊ mandans per quoſcūq; ſacri palacij ap̄lici cauſaꝝ auditores et cōmiſſarios in Romana curia ad cauſas audiēdas pro tp̄e deputatos in quibuſcūq; cauſis iuxta p̄ntis decreti formam ⁊ tenorē iudicari: ac decernentes irritum ⁊ inane ⁊c̄·

Lecta ⁊ publicata prima menſis Marcij vt·s̄·

¶Q̄ familiares familiariū ⁊ prelatoꝝ reputant̄ pro veris familiaribus·

¶Sanctiſſimus in xp̄o pater ⁊ dn̄s noſter dn̄s Innocētius diuina ꝓuidētia papa·viii.qui ex die ſue aſſumptōis ad ſummi ap̄latus apicē habuit tenuit et reputauit inſiſtētes obſequijs venerabiliū fratrū ſuoꝝ epoꝝ referendarioꝝ ſuoꝝ ⁊ alioꝝ p̄latoꝝ ac familiariū cōtinuoꝝ cōmenſaliū in rotulo familiariuꝫ ſuoꝝ deſcriptoꝝ tā extra q̄ꝫ intra palatiū ſue·S·habitantiū p veris ⁊ indubitatis familiaribus ꝯtinuis cōmēſalib⁹ ſue·S·licet in tinello alioꝝ familiariū·S·ſue nō ꝯmederēt ⁊ ī dicto pa

latio nõ reſiderent: q2 vt S· ſua accepit nõnulli aſſerunt eos ta
les nõ eſſe ⁊ lr̃as ſue· S· pro eis expeditas ⁊ que pro tp̃e expedi/
unt̃ vt pro familiaribus cõtinuis cõmenſalibus ꝓpterea viri/
bus carere ⁊ impugnari poſſe· Ad hmõi cauillatiões ſubmouẽ
das declarauit oẽs ⁊ ſingulos qui hacten⁹ qñcũqꝫ poſt ſue· S·
aſſumptionẽ predictã inſteterũt ⁊ inſiſtent in poſterũ obſequi
is Epiſcopoꝝ prelatoꝝ ⁊ familiariũ ſuoꝝ cõtinuoꝝ cõmenſali/
um predictoꝝ nunc ⁊ pro tẽpore exiſtentiũ q̃zdiu ſic inſteterũt
⁊ in futurũ inſtent obſequijs hmõi fuiſſe ⁊ in futurũ pro tẽpo/
re fore veros ⁊ indubitatos familiares continuos cõmenſales
⁊ pro talibus vere ⁊ nõ ficte quo ad oĩa haberi teneri ⁊ reputa/
ri debuiſſe ⁊ in poſterũ debere ac lr̃as· S. ſue ⁊ quaſcunqꝫ alias
ſcripturas potuiſſe ⁊ in futurũ poſſe debuiſſeqꝫ ⁊ debere expe/
diri pro eis vt pro veris ⁊ indubitatis familiaribus continuis
cõmenſalibus ſue. S· ⁊ ex eo ꝙ in illis familiares cõtinui cõmẽ
ſales ſue· S· noĩati ⁊ appellati fuerint hactenus aut noĩarent̃
⁊ appellarent̃ in futurũ infringi nullatenus poſſe·

Placet ⁊ publicet̃ ⁊ deſcribat̃ in Cãcellaria· J·

¶ Lecta ⁊ publicata eſt ſupradicta regula in Cãcellaria ap̃lica
die· v· menſis Maij Anno dñi· M. cccclxxxv· ponti· prefati In/
nocentij Anno primo·

¶ Alia reuocatio expectatiuaꝝ·

¶ Sanctiſſimus in xp̃o pater ⁊ dñs noſter dñs Innocẽtius di
uina ꝓuidentia papa· viii· qui in craſtinũ aſſumptionis ſue ad
ſummi ap̃latus apicẽ reuocauit quaſcũqꝫ gratias expectatiuas
per fe· re· Sixtũ papã· iiii· predeceſſorẽ ſuũ ꝯceſſas in aliqua ſui
parte effectũ ſortitas ac reualidationes extenſioñ: ⁊ collationũ
mutationes illas qũolibet cõcernẽtes intendens predeceſſorũ
ſuoꝝ inherẽdo veſtigijs circa finẽ menſis Octobris proxĩe fu/
turi gr̃as expectatiuas in fauorẽ preſertim pauperũ clericorũ
cõcedere rationabilibus ſuadẽtibus cauſis gratias expectati/
uas a prefato predeceſſore cõceſſas in dicta reuotione nõ com/
prehenſas que poſt reuocationẽ ipſam in aliqua ſui parte effe/

ctū ſortite fuerint: necnō reualidatiōes extēſiones ꝛ mutatōes collationū eas q̄uolibet cōcernētes reuocauit decernēs irritū ꝛc. ſi ſecus a quoq̃ attemptatū fuerit. ꝛc.

Placet ꝛ publicet̃ ꝛ deſcribat̃ in Cācellaria. J.

¶ Lecta ꝛ publicata eſt in Cācellaria ap̄lica. v. mēſis Julij Anno dn̄i. M.cccclxxxv.

¶ Reuocatio altariū poꝛtatiliū: ꝛ reductio cōfeſſionalis ad foꝛmā Cancellarie.

¶ Sanctiſſimus in xp̄o pater ꝛ dn̄s noſter dn̄s Innocētius diuina ꝓuidentia papa. viii. rōnabilibus ſuadētibus cauſis oēs ꝛ ſingulas cōceſſiones ſub ſimplici ſignatura altaris poꝛtatilis que a fe. re. Sixto papa. iiii. pꝛedeceſſoꝛe ſuo ꝛ a ſua. S. hacten⁹ emanarūt pꝛo eccleſiaſticis ſecularibus ꝛ regularib⁹ perſonis: Abbatiales in monaſterijs aut maioꝛē poſt pontificalem in cathedralibus: ſeu pꝛincipalē in collegiatis eccleſijs dignitatem vel ſuperioꝛes pꝛelaturas eccleſiaſticas nō obtinētibus aut laicis qui locoꝝ domini aut ſaltē nobiles nō exiſtant reuocauit: ac voluit pꝛo non factis haberi. Facultates vero eligendi cōfeſſoꝛē qui abſoluat eligentes a peccatis per eos cōmiſſis obtentas tam ab eodem pꝛedeceſſoꝛe q̃ȝ a ſua. S. viue vocis oꝛaculo: vel per ſolam ſignaturā ſupplicationū valere et illis pꝛo quib⁹ emanauerit ſuffragari voluit et declarauit in omnibus et per omnia perinde ac ſi in foꝛma ſecundū quā littere apoſtolice ſuper talibus facultatib⁹ per Cācellariā ap̄licam expediri conſueuerunt in quinterno dicte Cācellarie annotata ꝛ eoꝝ exceptione caſuū inibi exceptoꝝ ꝛ clauſulis reſtrictiuis ꝛ alijs inibi adiectis noīatim ꝛ ſpecifice cōceſſe ꝛ ſuꝑ illis littere iuxta foꝛmaȝ ipſaȝ expedite fuiſſent ꝛ nō aliter nec alio mō. Decreuit inſuꝑ idem. S. D. N. in quibuſcūq̧ facultatib⁹ cōmutādi vota cōceſſis hactenus ꝛ quas cōcedi continget per. S. ſuam q̄uocunq̧ ꝛ qualitercūq̧ vltramarinū viſitationū liminū apoſtoloꝝ Petri ꝛ Pauli ac etiam ſancti Jacobi in Cōpoſtella: necnō ingreſſus religionis ꝛ caſtitatis vota nō includi ſed ſemꝑ intelligi exce-

pta:niſi ſup illis noīatim ⁊ ſpecifice fuerit cōceſſa facultas·

¶ In diſpenſatōibus ſuper regularibus debet fie
ri mentio de vnitis obtentis·

¶ Item p̄fatus·S·D·N·inherēdo veſtigijs illoꝝ predeceſſorū ſuoꝝ qui voluerit beneficia eccleſiaſtica ad tēpus vnita cedere in numero incōpatibiliū ſtatuit et ordinauit ꝙ ſi cōtingat·S· ſuā in poſterū diſpenſare ſuper obtinēdo vno vel pluribus regularib⁹ in titulū vel cōmendā: aut mixtim cū clerico ſeculari vel religioſo obtinēte aliquod regulare vnitū alteri beneficio eccleſiaſtico per eū obtēto nō ꝑpetuo ſed ad eius vitā vel aliud tēpus aut ſup obtinēdis plurib⁹ beneficijs eccl'iaſticis incōpatibilibus ſecularib⁹ cū aliquo ſimiliter obtinēte aliquod beneficiū eccleſiaſticū ſeculare vnitū alteri beneficio eccl'iaſtico cōpatibili vel incōpatibili per eū obtēto nō ad perpetuā ſed eius vitā vel aliud tēpus talis diſpenſatio nō ſuffraget̄ eidē niſi de ſuo vnito beneficio illiuſq; q̄litatibus ⁊ fructuū ⁊ etiā vno annuo valore in tali diſpēſatiōe mētio fiat: etiā ſi in lr̄is deſuper cōfectis obtēta per eū bn̄ficia eccl'iaſtica cū ſuis annexis habeant̄ pro exp̄ſſis vel motu ꝓprio diſpēſatio ipſa emanaret·

Placet ⁊ publicet̄ ⁊ deſcribat̄·J·

¶ Lecta ⁊ publicata fuit in Cācellaria apoſtolica die.ix·menſ Auguſti·M·cccclxxxv·

¶ Q̄ officiales nihil vltra debitū exigant·

¶ Sanctiſſimus in xp̄o pater ⁊ dn̄s noſter dn̄s Jnnocētius diuina ꝓuidentia papa·viii·dudū intendēs exactionibus quas fieri intellexerat per officiales Romāe curie qui cōſtitutis a·ſ·S·emolumētis pro exercitio officioꝝ que obtinebāt nō cōtenti vltra illa a perſequen̄· negocioꝝ quorūlibet expeditionē in eadē exigere nō verebant̄· obuiare volens diſtricte p̄cipiendo inhibuerat oībus ⁊ ſingulis queuis officia in eadē curia obtinētibus ne de cetero quicq̄ pretextu officioꝝ que obtinebāt quouis colore etiam celerioris expeditionis vltra emolumenta huiuſmodi exiget̄: aut etiā ſponte ſoluētibus recipere ſeu ad hūc

effectũ expeditionẽ eoꝝ que eis incumbebãt malicioſe differre preſumerẽt ſub excõmunicationis late ſententie illius abſolutionẽ preterꝙ in mortis articulo ſibi retẽta ⁊ ꝓpter illã ſuſpenſionẽ a perceptione emolumentoꝝ hmõi pro prima ad ſemeſtre ⁊ pro ſecũda ad annũ ac pro tertia vicib⁹ quib⁹ ſic excederẽt priuationẽ officioꝝ per eos obtẽtoꝝ in quibus ſic exceſſerint penis eoipſo cũ contrafecerint incurrendis: ac voluerat tam ſoluentes ꝙ ſcientes ⁊ nõ reuelantes ſimilẽ excõicationis ſñiam incurrere. quodq; ſancte Ro. eccleſie Uicecancellarius Camerarius ⁊ maior Penitẽtiarius excedentes ipſos reſpectiue prout eis ſuberant per ſuperactionẽ prouentuũ eorũdem: ac alias cõpellerẽt ab hmõi illicitis exactionibus abſtinere: facerentq; ⁊ mandarẽt exceden̄. penis p̄dictis irretitos publice nunciari. Cũ autẽ ad prefati Innocẽtij non ſine grandi animi ſui diſplicẽtia clamoſa inſinuatione puenit auditũ: nõnulli ex officialibus p̄dictis cenſuras ⁊ penas antedictas ac animaꝝ ſuaꝝ ſalutẽ penitus negligẽtes ab extorſionib⁹ et illicitis exactionibus hmõi nullaten⁹ abſtinere hactenus voluerĩt ſeu abſtinuerint ⁊ nõ ſolũ ex Ro. cu. ſ; etiã ex diuerſis mũdi ꝑtibus clamores et querele ad. S. ſuã de hoc cõtinuo conferant̃ intendens oĩno p̄fata. S. ſuper hoc effectualiter prouidere quodq; dignu; eſt vt quos dei timor a malo nõ reuocat ſaltẽ coerceat ſeueritas diſciꝑline. S. ſua. penas ſupradictas ĩnouãdo ſtatuit decreuit ⁊ declarat ꝙ oẽs ⁊ ſinguli officiales p̄dicti quocũq; noĩe cenſeãtur qui aliquid vltra taxas ⁊ ſolutiões debitas antiquitus ordinatas a partibus vel ſollicitãtibus etiã a dãtibus ⁊ ſponte offerẽtibus ſeu donãtibus ſub quauis excuſatiõe: aut queſito colore de cetero receperint: aut expeditionẽ lr̃arũ tardauerint malitioſe priuationẽ ſuoꝝ officioꝝ quorũcunq; ⁊ cuiuſlibet eoꝝ eoipſo incurrãt: que quidẽ officia in euentũ hmõi exnunc prout extunc: ⁊ extunc ꝓut exnunc ipſo facto vacare decreuit ipſoſq; vltra debitũ recipiẽtes alia officia Ro. cu. et beneficia eccleſiaſtica extunc inabiles eſſe declarauit.

Placet ꝛ publicet̄ ꝛ deſcribat̄·J·

¶Lecta ꝛ publicata fuit ſupraſcripta regula Rome in Cācella ria ap̄lica die ſabbati·xx.mēſis Auguſti· Anno a natitate dn̄i M·cccclxxxv·pōti·p̄fati·D·N·pape Anno primo·

¶De dandis gratijs·

¶Sanctiſſimus in xp̄o pater ꝛ dn̄s noſter dn̄s Innocentius diuina ꝓuidētia papa·viii·qui p̄mordio ſue aſſumptōis ad ſū mi ap̄latus apicē primo deinde quinta menſis Julij ꝓxime de curſi quaſcūꝗ grās expectatiuas per fe·re·Sixtū papā·iiij·pre deceſſorē ſuū cōceſſas in aliqua ſui pte effectū ſortitas·ac reua lidatiōes extenſiōes ꝛ collationū mutationes illas quōlibꝫ cō cernētes reuocauerat·Intendēs ſuoꝝ p̄deceſſoꝝ inherēdo ve ſtigijs circa finē mēſis octobris ꝓxime futuri grās expectatiās In fauorē p̄ſertim paupeꝝ clericoꝝ ꝯcedere rōnabilibus ſuadē tibus cauſis·Etiā alias oēs ꝛ ſingulas per dictuꝫ p̄deceſſorē ꝛ apoſtolice ſedis legatos cōceſſas grās expectatiuas que ſuum nondū ſortite ſunt effectū:ꝛ in dictis reuocationibus cōprehē ſe nō fuerunt. Necnō reualidatōes extēſiones ꝛ collationū mu tationes eas quōlibet cōcernentes reuocauit ꝛ voluit pro infe ctis haberi decernētes irritū ꝛc̄·

Placet ꝛ publicet̄ ꝛ deſcribat̄·J·

¶Lecta ꝛ publicata fuit ſupraſcripta regula in cācellaria apo ſtolica die Jouis·vi·mēſis Octobris· Anno·M·cccclxxxv·An no eius primo·

¶Alia reuocatio oīm expectatiuaꝝ·

¶Sanctiſſimus in xp̄o pater ꝛ dn̄s noſter dn̄s Innocētius di uina ꝓuidentia papa·viii·qui poſt alias per eū factas reuoca tiones poſtremo reuocauerat quaſcūꝗ expectatiās p fe re·Si xtū papam·iiii·p̄deceſſorē ſuū ap̄lice ſedis legatos conceſſas q̄ ſuū nondū ſortite erāt effectū:Et in p̄dictis prioribus reuoca tionibus cōprehenſe nō fuerant·Intendēs tunc circa fineꝫ pre ſentis menſis Octobris gratias nouas expectatiuas cōcedere ob aeris intemperiē:ꝛ certis alijs bonis reſpectibus in conceſ

ſione gratiarū huiuſmodi vſq3 ad ſue Sanct·beneplacitum du
rit ſuperſedendum·

Placet ꝛ publicet̄ ꝛ deſcribat̄·J·

¶Lecta ꝛ publicata fuit ſupradicta regula in cācellaria aplica die martis·xi·mēſis Octobris Anno M.cccclxxxv·S·D·N·dñi Innocentij anno eius ſecūdo·

¶Qꝫ debeat interueniri cōſenſus in impetratiōi bus beneficioꝝ vacañ·per obitū familiariū Cardi naliū viuentiū·

¶Sanctiſſim⁹ in xp̄o pater ꝛ dñs noſter dñs Innocētius diui na ꝓuidētia papa. viii·veſtigijs fe·re. Sixti·iiij.predeceſſoris ſui inherēdo decreuit cōſtitutionē ſuā que in impetrationib⁹ beneficioꝝ eccleſiaſticoꝝ vacantiū per obitū familiariū conti nuoꝝ cōmēſaliū ſcē Ro·ec·Cardinaliū exigit expreſſiōe noīs ꝛ tituli:ꝛ ſi preſens fuerit in curia etiam conſenſum eorundē car dinaliū locū nō habere in illis beneficijs eccleſiaſticis que duꝫ eiſdē familiaribus cōtinuis cōmenſalib⁹ per·S.ſuā collata ha ctenus fuerūt ꝛ pro tp̄e cōferent̄ ꝯſtabit diſpoſitōi apl'ice gene raliter reſeruata vel affecta fuiſſe·nec etiā in illis que nō ſoluꝫ rōe familiaritatis ꝛ cōmēſalitatis hmōi ſed etiā rōe officioruꝫ que familiares ipſi tp̄e eoꝝ obitus in Ro·cu·vel extra eā obti nerent aut antea obtinuiſſent dicte diſpoſitioni generaliter re ſeruata vel affecta fuiſſe apparerēt: ꝛ illos quoad effectū dicte cōſtitutōis familiares cōtinuos cōmēſales eorundē Cardina liū cēſeri qui illoꝝ veri familiares cōtinui cōmēſales ad min⁹ per quatuor mēſes fuiſſe probarent̄·

¶De officijs reſignatis per infirmos.

¶Item idē·S·D·N·inherēdo veſtigijs fe.re·Pauli pape·ij·p̄ deceſſoris ſui conſtitutionē ſuam de infirmo reſignāti benefi cia eccleſiaſtica ꝛ decedēte infra·xx·dies poſt reſignationē ipaꝫ ad reſignātes quecūq3 in Romana curia officia ad ſue. S.diſ poſitioneꝫ pertinētia extēdit ac decreuit·xx·dies p̄dictos a die prefati cōſenſus per reſignantē in expeditiōe litterarū ſup pro

uiſione beneficij vel officij per hmõi reſignationē vacantis nõ autem data ſupplicationis deſuper ſignate ⁊ litterarꝫ ſuper illa expeditarum.

Placet publicenť ⁊ deſcribanť. J.

¶ Lecte ⁊ publicate fuerũt ſupradicte regule ĩ Cãcellaria apſtca die Jouis.xxvii.mẽſis octobris Anno.M.cccclxxxv.p̃fati.D N.Innocẽtij pape.viii.Anno eius ſecũdo.

¶ Qꝫ lr̃e debẽt eſſe ſignate ante expeditionē per oẽs officiales alias ſint nulle.

¶ Dudũ fe.re.Sixtꝰ papa.iiii.p̃deceſſor nr̃ volẽs de fraudibuſ obuiare ac vt lr̃e ap̃lice debitis mõ ⁊ ordĩe expedirenť puidere ſtatuit ⁊ ordĩauit ac ſub certis penis tũc expreſſis inhibuit ne aliq̃ lr̃e ap̃lice tã p cãcellariã q̃ꝫ p camerã ſine ſubſcriptiõe oĩm officialiũ pro tpe ad colligẽdas pecũias dilectorꝫ filiorꝫ earũdē lr̃arꝫ abbreuiatorꝫ in dicta cãcellaria deputatorꝫ expedirenť ac decreuit oẽs lr̃as quas ſine ſubſcriptione hmõi expediri cõtingeret nullius eſſe roboris vel momenti. Cũ autē ſicut nõ abſqꝫ graui querela accepimꝰ q̃ꝫplures lr̃e per camerã ipſaꝫ ſine ſubſcriptione dictorꝫ officiallũ retractis tpibus expedire repianť ⁊ ĩdies expedianť nõ ſine piculo illorꝫ quorꝫ ĩtereſt ex quo poſſent tpe pcedente varie lites exoriri ſub eo p̃textu ꝙ tales lr̃e vicio ſubiaceãt. Nos ſtatutũ ordinatõꝫ inhibitõꝫ ⁊ decretũ hmõi innouãtes ⁊ ĩnouabiliter obſuari volẽtes motu pprio ⁊ ex certa ſciẽtia dilecto filio ſecretario nr̃o ⁊ dicte ſedis pro tpe exiſtẽti ac oĩbus ⁊ ſingulis alijs officialibꝰ ad quos ſpectat ⁊ ſpectare poterit q̃libet in futurꝫ ne de cetero aliq̃s lr̃as etiã gratis de mãdato vel pro deo ſignatas in dicta Camera expedire ac p tibꝰ expeditionē hmõi pcurãtibus ne lr̃as ip̃as eis ad expediẽdũ p̃ntare quoquo mõ preſumãt niſi p̃us fuerint in illis appoſite manꝰ oĩm officialiũ predictorꝫ: expeditas vo et nõ redẽptas cũ redimenť ad eandē Cãcellariã pro dicta ſubſcriptiõe faciẽda ⁊ taxa dictorꝫ abbreuiatorꝫ inibi ſoluẽda vt oĩno remittant in virtute ſctẽ obedientie ⁊ ſub excõicatõi late ſentẽtie pena di

ſtricte p̄cipiēdo mandam⁹ volētes ꝓut papa Sixtus p̄deceſſoꝛ voluit ꝛ decreuit lr̄as ſiue dicta ſubſcriptiōe viribus nō carere Et qꝛ cōtingere poſſet q̄ lr̄e ipſe nō expedirent̄ ne ꝑtes cōqueri poſſint officialibus pꝛo tp̄e colligētibus pecunias dicti officij ſub pena ꝑuatōis officioꝝ ſuoꝝ ſili̇ter innodam⁹: vt ad oēm partiū ipſaꝝ requiſitionē volētiū dictas lr̄as alias in tp̄e debito diſtaxare pecunias per eos in dicto officio pꝛo taxa ſolutas om̄i exceptiōe ꝛ dilatatiōe ceſſantib⁹ realiter ꝛ cū effectu reſtituāt. Et ne quiſpiā de p̄dictis ignoꝛātiā valeat allegare: volumus p̄ntes in Cācellaria ap̄lica publicari ꝛ in quinterno eiuſdē Cācellarie deſcribi: ac quoſcūq̧ a die facte publicationis in Cācellaria p̄fata ligare ac cuicūq̧ petēti dari ſicut alie cōſtitutiones ap̄lice ꝛ regule Cācellarie pꝛo tp̄e dant̄: decernēs irritū ꝛ inane ſi ſecus ſuꝑ his per quoſcūq̧ quauis aucte ſcienter vel ignoꝛāter cōtigerit attēptari: ac p̄ntes ad ꝓbandū plene ſtatutū oꝛdinationē ꝛ inhibitionē Sixti p̄deceſſoꝛis hmōi vbiq̧ ſufficere: nec ad id ꝓbationis alteri⁹ adminiculū requiri. non obſtātibus cōſtitutionib⁹ ꝛ oꝛdinatōibus ap̄licis: necnō oībus illis que idē Sixtus p̄deceſſoꝛ in ſuis ſuꝑ hoc cōfectis lr̄is voluit nō obſtare ceteriſq̧ cōtrarijs quibuſcūq̧.

Placet ꝛ ita motu pꝛopꝛio mādam⁹ ꝛ deſcribat̄ ꝛ publicet̄.

¶ Lecta Martis. xiii. Marcij. M. cccclxxxvi.

¶ Noue regule Cācellarie per. S. D. N. dn̄m Innocē. papā. viij ſuꝑ gratijs expectatiuis per ip̄m dandis edite ꝛ facte. Et p̄mo in foꝛma pauperū.

¶ Sanctiſſimus in xp̄o pater ꝛ dn̄s noſter dn̄s Innocētius diuina ꝓuidētia papa. viii. qui varias ac lōgas an ꝗliter ab eo gr̄e expectatiue cōcederent̄ cōſultatiōes habuit: tandē cupiēs ſuoꝝ p̄deceſſoꝝ inherendo veſtigijs pauperib⁹ ꝛ alijs ſecularibus clericis regularibus perſonis in hmōi gratiaꝝ cōceſſionibus liberalē ſe exhibere: gratias hmōi cōcedere diſpoſuit foꝛmis ꝯtētis in regulis ꝛ cōſtitutōibus infraſcriptis. Quas du

rantibus gratijs ipſis obſeruari voluit.

¶ In primis voluit idē dn̄s noſter q̄ pro paupibus clericis beneficiādis dent̄ vſq; ad annū ꝛ nō vltra lr̄e in ea forma ſcd̄um quā pro eis tēpore.fe.re. Martini pape.v.ſcribi ꝯſueuit videlz ad vnū collatorē:ſaluo q̄ ſi ad collationē decani ꝛ capituli: vel abbatis ꝛ cōuentus:aut abbatiſſe ꝛ cōuentus impetrauerit detur clauſula cōiter vel diuiſim: vbi antiquitus dūtaxat dabat̄ cōiter.ꝛ ipſi iuxta eoꝝ ſufficientiā locent̄ per tria bene vel duo bene ꝛ vnū cōpetēter: vel duo bene ꝛ vnū debiliter. aut duo cōpetēter in lectura ꝛ cōſtructione ꝛ vnū male in cātu. Per totaz uero hiſpaniā ꝛ guaſconiā habētibus bene legit cōpetenter cōſtruit nihil cantat: vel habētibus ad minus tria cōpetēter det̄ ad beneficiū cū cura.Sed habētibus duo cōpetēter:etiā ſi vnū ſit in cantu det̄ ad beneficiū ſine cura.

¶ Item idē dn̄s noſter paupibus clericis ꝓuideri cupiēs voluit ſtatuit ꝛ ordinauit q̄ oēs ꝛ ſinguli qui ſuas in forma ſm̄ quā pro paupibus clericis beneficiādis ſcribi cōſueuit de beneficiis eccleſiaſticis vacātibus vel vacaturis lr̄as obtinuerit ipoꝝ aſſecutione beneficioꝝ q̄ ſine cura ꝛ nō canonicat⁹ et p̄ben̄.vel perſonat⁹ fuerint ſingulis alijs ibidē bn̄ficia ec.per ap̄licas litteras expectātib⁹ ꝛ tunc beneficia quoꝝ fruct⁹ ꝛc̄.vltra.x. florenos auri de camera ſm̄ cō.exti.annuatim valeāt pacifice poſſidētibus ſeu penſionē annuā ſimilis ſūme ſuper fructibus red. ꝛ ꝓuen.eccleſiaſticis percipiētibus quacūq; an̄lationū p̄rogatiua munitis omnino preferant̄.

¶ Item q̄ oēs ꝛ ſinguli obtinētes bn̄ficia xxiiii.libraꝝ vel ſimilis monete cōi extīatiōe valoris an.ꝛ etiā nō habentes poſſeſſionē beneficioꝝ in quibus ſe ius hr̄e aſſerūt: vel ſup quibus litigant cuiuſcūq; valoris an.quē nō teneant̄ exprimere poſſint ī cōi forma paupeꝝ lr̄as impetrare:ita q̄ per aſſecutionē alteri⁹ alia dimittere teneant̄.

¶ Itē q̄ idem paupes clerici ſi graduati ſint poſſint hr̄e duas lr̄as in forma gratie ſpecialis fructuū valore ꝛ alijs beneficioꝝ

qualitatibus non mutatis·
¶ Item ꝙ paupes extra ſuã ꝓuinciã locari poſſint ſi ibidẽ per
ſex annos morã traxerint vel etiã in alijs dioceſibus vbi ſuã ꝑ
petuã elegerint manſionẽ· ⁊ ꝙ caueat̃ in lr̃is ꝙ per ꝓcuratores
acceptare ⁊ ſibi ꝓuideri facere poſſint·
¶ Item illis qui tãto tpe in Romana cu· reſiderint ꝙ ibidẽ de
laudabili vita ⁊ honeſta eoꝝ cõuerſatione cõſtare põt dent̃ ex
ecutores in curia: alioquin extra curiã cum clauſula· Q̃ ſi nõ
omnes duo aut vnus eoꝝ·
¶ Item voluit ꝙ per fiat vt petit̃ dent̃ due collationes ⁊c̃· ⁊ cũ
clauſula: ſi petat̃ etiã ratione dignitatum perſonatuũ admini
ſtrationũ ⁊ officioꝝ que ibidẽ obtinẽt ⁊ in partib⁹ Italie toti-
dẽ beneficia etiam ſi alterũ eoꝝ canonicatus et preben̄· eccleſie
cathedralis fuerit ⁊ in alijs partibus vnũ dũtaxat beneficiuꝫ
quodcꝫ canonicatus ⁊ preben̄· cũ p̃ſtimonijs preſtimonialibuſ
portionib⁹ oblegijs additamẽtis ferculis ⁊ ſupplementis vni
us canonici cedẽtis vel decedẽtis: quoꝝ quidẽ preſtimonioruꝫ
etiã ſi pro mgr̃is licẽciatis baccalarijs formatis in theologia:
aut doctorib⁹ vel cũ rigore examinis licẽciatis in iure canoni-
co vel ciuili ſeu magnis nobilib⁹· lx· Et ſi pro alijs gr̃e hmõi fu
erint· xxx· libraꝝ turon̄· par· vel tantũdẽ in alia moneta fruct⁹·
⁊c̃ ſe· cõ· exti· valorẽ an· nõ exceden̄· ac etiã canonicatus ⁊ p̃ben̄·
necnõ dignitas perſonatus ⁊c̃ cathedralis ſeu collegiate eccle
ſie pro vno beneficio cõputent̃·
¶ Item ꝙ loco verboꝝ cum preſtimonijs ⁊c̃· nõ ponant̃ verba
⁊ preſtinonia ⁊c̃·
¶ Itẽ ꝙ pro religioſis lr̃e ſuꝑ expectatis gr̃is nõ expediant̃ ni
ſi pticularis ⁊ extra rotulũ ſignatura deſuꝑ ſuffraget̃·
¶ Item ꝙ in partib⁹ vltramõtanis extra Daciam Sueciã Nor
uegiã Scociã ⁊ Iberniã nulli niſi mgr̃is licẽciatis baccalarijs
formatis ĩ theologia aut doctorib⁹ ſeu cũ rigore examinis licẽ
ciatis in iure canonico vel ciuili aut in artib⁹ qui poſt ſuoꝝ in
illis graduũ ſuſceptionũ ꝑ bienniũ rexerint ſeu ſtuduerĩt in al

tero ex iure hmői baccalarijs vel apl'ice ſedis officialib⁹ ꝛ nobi
lib⁹:ac de militari genere ꝓcreatis:ac nepotib⁹ ꝛ cōſanguine/
is ſctē Romane ec·Cardinaliū det̄ per expectatiuas canonica/
tus ꝛ preben̄.dignitates ꝛc·cathedraliū eccleſiaꝝ.vel qui deſu
per a prefato dn̄o noſtro per reſeruationē vel alias habuerint
ſignaturam ſpecialem·

¶Itē mgr̄is licēciatis baccalarijs formatis ī theologia ac do/
ctorib⁹ in iure canōico vl'ciuili ꝛ magnis nobilib⁹ in canōicos
alicui⁹ eccl'ie creari:ſeu ad vnā dūtaxat collationē expectatiuā
gr̄az ſibi ꝯcedi petētib⁹ det̄ ad vnū bn̄ficiū cuiuſcūqꝫ taxe·

¶Itē mgr̄is ꝛ baccalarijs formatis ī theologia ac ī iure cano/
nico vel ciuili doctorib⁹ ꝛ licēciatis ac in medicīa etiaꝫ mgr̄is
in ptib⁹ quo ad taxationē decīe ad medietatē reductis ſi cū cu
ra·lxxx·ꝛ ſi ſine cura·lx.Sꝫ in alijs nō reductis ſi cū cura·c ꝛ·xx
ſi ꝟo ſine cura·lxxx·libraꝝ turo.par·ſe·taxationē decime·

¶Itē baccalarijs in theologia nō formatis mgr̄is ī artib⁹ ac ī
iure canōico vel ciuili baccalarijs ꝛ in medicīa licēciatis ī pti/
bus reductis:ſi cū cura·lx·ꝛ ſine cura·xl·ac in nō reductis ſi cū
cura·c·ꝛ ſine cura·lxx·libraꝝ turo·par·ſm taxationē decime·

¶Itē ſecularib⁹ nō graduatis in ptib⁹ reductis ſi cū cura.xl·ꝛ
ſine cura·xxx·ac in alijs nō reductis ſi cū cura·lx·ꝛ ſine cura.xl·
libraꝝ turo·par·ſm taxationē decime·

¶Itē regularib⁹ graduatis ꝛ nō graduatis in ptib⁹ reductis
lx.ꝛ nō reductis·lxxx·lib·turo·par·ſm taxationē decime·

¶Item in Alamania cū argēti necnō in Anglia Scocia ꝛ Iber
nia cū ſterlingoꝝ marchis det̄ ſecularib⁹ mgr̄is et baccalarijs
formatis in theologia ac in iure canonico vel ciuili doctorib⁹
ꝛ licēciatis ac in medicina etiā mgr̄is ſi cū cura·xxxv·ꝛ ſine cu/
ra·xxv·Baccalarijs vero in theologia nō formatis mgr̄is in ar
tibus ac in iure canonico vel ciuili baccalarijs ꝛ in medicīa li/
cēciatis ſi cū cura·xxx·ꝛ ſine cura.xxv·Et in alijs nō graduatiſ
ſi cū cura·xxv·ꝛ ſine cura.xviii·Necnō regularib⁹·xxx. marcha
rū ſm taxationē decime·

¶ Itē in Italia ꝛ in hiſpaniaꝝ regnis nō graduatis ſi cū cura lx·ꝛ ſine cura·xl·florenoꝝ auri ſm taxationē decime·graduatis vero queadmodū ſupradictū eſt·

¶ Itez in forma pauperꝝ in ptib⁹ gallicanis reductis ſi cū cura xxx·ꝛ ſine cura·xxv· In nō reductis vero ſi cū cura·l.ꝛ ſine cura xxx·in Italia hiſpania aūt ꝛ Aragonia ſi cū cura·xl·ꝛ ſine cura xxv.libꝛ·turoñ·par· In Alamania ſi cū cura·xx·ꝛ ſi ſine cura·xv marcharum angenti· In Anglia vero Scocia ꝛ Ibernia ſi cum cura·xxx·ꝛ ſi ſine cura·xx·marchaꝝ ſterlingoꝝ ſecundū taxatio nem decime·

¶ Itē ꝙ ꝓuilegijs ſtatutis ſeu cōſuetudinibus de optando vel aſſequēdo maiores aut alias ꝑbeñ·vel obtinendū per illos qui canonici cathedraliū eccleſiaꝝ aut in eis bñficiati nō fuerit ꝑ/ ſtimonijs ꝑſtimonialib⁹ portionib⁹ ſeu ſimplicibus beneficijs ac nō recipiēdis illegitimis ꝛ dūtaxat graduatis nullaten⁹ de rogeť niſi ſeorſum ſufficiens ſignatura habeať·

¶ Itē ꝙ mgr̄i licēciati baccalarij formati in theologia necnon doctores ſeu cū rigore examinis licēciati in iure canonico vel ciuili.reliquis etiā ſub pari vel maiori data expectañ in aſſecu tiōe parrochialiū eccl'iaꝝ habentiū cōi. que ſm famā publicaȝ attēdať extiatione duo milia cōicantiū oīno ꝑferanť·

¶ Itē in ptibus vltramōtanis dignitates lȝ maiores vel ꝑnci/ pales nō ſint rōe quaꝝ eas obtineñ.pro tpe capl'is preeſſe ꝛ ſin gulaꝝ perſonaꝝ ibidē exercere curā aīaꝝ habuerit per alios ꝙȝ mgr̄os licēciatos ſeu baccalarios formatos ī theologia·aut do/ ctores ſeu licēciatos ī iure canōico vel ciuili aut medicīa vel in artib⁹ q̄ poſt ſuoꝝ in eis graduū ſuſceptōȝ per triēniū rexerint vel ſtuduerint mgr̄os aut aplice ſedis officiales vigore ſeu ꝑte xtu lr̄aꝝ ſup expectatiuis gr̄is acceptari nō poſſint·

¶ Itē ꝙ doctores in iure canonico vel ciuili ac in theologia vł medicina ꝛ in artib⁹ mgr̄i necnō in aliquo ex iure vel theolo/ gia hmōi licēciati ac baccalarij nō examineť·

¶ Item hoſpitalia domus leproſoꝝ aliaꝙȝ pia loca:necnon lai/

cis aſſignari ſolita ⁊ clauſtralia officia ſub expectatiuis grati-is minime cõprehendant̃·

¶ Itẽ nullus expectatiuã grãm extra ſuã nationẽ impetret: niſi ideoma qđ cõiter hoĩes loquunt̃ ibidẽ intelligat ⁊ intelligi-biliter loqui ſciat: alioquin grã hmõi ſit nulla·

¶ Itẽ nullus vigore grẽ expectatiue vel reualidatõis eius lr̃is deſup nõ cõfectis aliqđ beneficiũ acceptare valeat· ⁊ alias acce ptatio hmõi nullius ſit roboris vel momẽti·

¶ Itẽ voluit ſtatuit ⁊ ordĩauit ꝙ null⁹ duabus grĩs expectati-uis ſeu ſpãlibus reſeruatõibus aut expectatiua ⁊ ſpãli reſerua tiõe ſimul etiã ſi ambe vel altera eaꝝ motu ꝓprio ſeu alias qũo libet cõceſſe fuerit: niſi vna illaꝝ tpe date cõceſſionis alterius cõſumpta extiterit vti poſſit· Sed ſi tales due gratie altera nõ cõſumpta ſibi conceſſe fuerint ⁊ expeditis ſup vtraq; illaꝝ lr̃is aplicis in expeditiõe lr̃aꝝ quas poſtremo expediri fecerit men tio de p̃ma facta nõ fuerit vl̃ nõ elegerit ſeu mentẽ ſuã ſup hoc qua grãꝝ hmõi vti voluerit in p̃ſidentia Cãcellarie aplice: eti-am corã ipſius Cãcellarie notario nõ declarauerit effectu care at vtriuſq; gratiaꝝ earundem·

¶ Itẽ ꝙ null⁹ vigore cuiuſcũq; grẽ expectatĩe per ipm. d. no· ſi-bi de canonicatu cũ reſuatiõe p̃bẽn· ac dignitatis pſonat⁹ ad-miniſtratõis vel officij: necnõ preſtimonioꝝ p̃ſtimonialiũ por tionũ ⁊ ſimpliciũ beneficioꝝ ſub quacũq; verboꝝ forma cõcedẽ de aliqđ ſeruitoriũ beneficiũ acceptare: vel de illo ſibi ꝓuideri facere poſſit decernens irritũ ⁊c̃·

¶ Itẽ ſtatuit ⁊ ordinauit ꝙ null⁹ vigore cuiuſuis grẽ expectati ue quodcũq; beneficiũ eccl̃iaſticũ diſpoſitõi aplice generaliter reſeruatũ vel ex generali aplica reſeruatiõe affectũ: etiã ſi al̃s ſub hmõi grã cõprehendi videret̃ acceptare ⁊ de illo ſibi ꝓui-deri facere poſſit ſiue debeat. Decernẽs irritũ et inane quicq̃d ſecus cõtigerit attemptari·

¶ Itẽ voluit ⁊ ordĩauit ꝙ qcunq; vigore grãꝝ expectatiuaꝝ ac ceptauerit q̃cũq; bñficia eccl̃iaſtica ſcl̃aria vel regl̃aria cũ cura

vel ſine cura etiā ſi canonicat⁹ ⁊ p̄ben̄·ac digni·pſonatus vel of
ficia ſeu admīſtratiões fuerint teneant̄ ⁊ debeāt·ī·vni⁹ mēſis
ſpaciū tpe hmōi acceptatōis cōputandū de hmōi beneficijs p
·eos vt p̄fert̄ acceptatis ſibi p ſuos executores vel ſubexecuto/
res facere puideri:alioqn lapſo dicto mēſe hmōi acceptiões p
eos facte ⁊ quecūqꝫ inde ſecuta quo ad numerū ⁊ q̄litatē bn̄fici
oꝝ q̄ acceptatiões cōcernerēt vel cōcernere poſſent eoipſo ſint
caſſa ⁊ irrita nulliuſqꝫ roboris vel momēti·⁊ ꝙ infra·iii·mēſes
a die puiſionis hmōi eotūc īmediate ſequen̄·teneant̄ hmōi ac
ceptatiões in loco bn̄ficij publicare:al's gr̄a ⁊ acceptatio ac pro
uiſio hmōi ſint nulle·necnō a tpe publican̄·earūdē acceptatōes
puiſiones ⁊ publicatiões hmōi ipſoꝝ poſſeſſorib⁹ beneficiorū
ſi qui tūc·alioqn a die quo intruſi fuerint·ī·annū intimare fa/
cere:vel ſup iure ſi qđ eis in dictis bn̄ficijs ꝯpetere putauerint
iudicialiter expiri debeāt ⁊ teneant̄· Alioqn ſi poſtmodū ipſis
in dictis bn̄ficijs ius ꝯpetijſſe cōſteterit gr̄e quo ad numeꝝ ⁊ q̄
litatē bn̄ficioꝝ hmōi necnō acceptatōes ⁊ puiſiões p̄dicte nul
li⁹ ſint roboris vel momēti· P̄ntes tn̄ in Ro·cu·publicatiões in
hmōi audiētia ꝯdictaꝝ p auditores eiuſdē· vel tpe vacation̄·et
quotiēs audiētia hmōi nō tenet̄:in Cācellaria ap̄lica corā iibi
p̄ſidentib⁹ per illi⁹ notariū fieri facere poſſint. Cui quidē nota
rio pro tpe rogato vt ꝓthocollū duo bolendini:⁊ inſtr̄m deſup
cōficiat·iiii·groſſi turon̄·ſoluant̄·de quibus merito cōtentet̄·
nec aliqd vltra ſub pena pditōis emolumētoꝝ officij ſui nota/
riat⁹ camere ap̄lice applicādoꝝ per tres mēſes quotiēs ſec⁹ fue
rit petere aut recipe p̄ſumat· Ac decreuit idem dn̄s nr̄ ſi dictos
acceptātes in badēdis puiſionibus ⁊ faciēdis publicationib⁹
hmōi deficere vel negligētes eſſe cōtigerit: ꝙ locoꝝ ordinarij
ad quos id alias ptinuerit perinde de dictis beneficijs poſt p̄
fatos mēſes diſponere poſſint:ac ſi gr̄e p̄dicte etiā cū decretis
irritantibus nullatenus emanaſſent·

¶ Itē vt p̄lati ⁊ alie pſone eccl'iaſtice ad quos dignitatū alioꝝ
qꝫ bn̄ficioꝝ eccl'iaſticoꝝ collatio puiſio p̄ntatio electio ſeu q̄uis

alia diſpoſitio ptinet ab eoꝺ dño nr̃o gr̃as ꝛ fauores reportaſſe
dinoſcant̃ ipe dñs nr̃ p̃latis ꝛ pſonis p̃dictis vt de qbus digni
tatib⁹ pſo·admĩſtra·officijs canoni·ꝛ p̃ben̄·necnõ alijs bñfici/
is eccl'iaſticis cũ cura ꝛ ſine cura ſecularib⁹ ꝛ regl'arib⁹ ad eorũ
collation̄·puiſion̄·pñtatiõꝫ elec·ſeu quãuis aliã diſpoſitõꝫ pti
nẽtibus q̃·j·quinquẽniũ a data diei kal'. Nouẽb· põtificat⁹ ſui
anno·iii·cõputãdũ in Marcij Junij Septẽbris ꝛ Decẽbris mẽ/
ſibus vacare ↄtigerit dũmõ diſpõni apl'ice general'r reſeruata:
ſeu ex generali apl'ica reſeruatiõe affecta nõ fuerint pinde ac ſi
a ſede apl'ica vel ei⁹ legatis expectatiue gr̃e: aut ſup illis reſer/
uatiões nõ emanarẽt ordinaria auc̃te libere diſponere poſſint
cõceſſit ac decreuit irritũ ꝛ inane ꝛc·

¶ Jtẽ idem ſanctiſſim⁹ dñs noſter ſuoꝝ p̃deceſſoꝝ ſil'r inherẽ/
do veſtigijs voluit ſta·ꝛ ordiauit ꝙ vbi plures ad eãdẽ eccleſiã
vel collatiõꝫ ꝛc·ſub eadẽ vel diuerſis datis expectãtes fuerint
Etiã bñtes inibi de minori vel eq̃li datis gr̃as: min⁹ tñ p̃roga
tiuati ſub illis al's cadẽtia beneficia iuxta formã lr̃aꝝ deſup cõ
fectaꝝ acceptare ꝛ de illis ſibi puideri valeãt· Et ſi illi eorũdẽ
ſic acceptantiũ q in aſſecutiõe qũolibꝫ potiores erãt ĩ faciẽdis
publicatõibus intimatõibus ſeu alijs reqſitis diligẽtijs defe/
cerint reliquoꝝ qui hmõi diligẽtias fecerĩt acceptatões ꝛ pui
ſiones ſuũ ſortiant̃ effectũ: pinde ac ſi deficiẽtes in faciẽdis di
ligẽtijs hmõi: q potiores erãt illa minime acceptaſſent nec cen
ſeant̃ bñficia hmõi ſic acceptata ex pſonis earundẽ acceptãtiũ
ꝛ ſuas acceptatiões nõ publicantiũ vel nõ intimãtiũ poſſeſſo/
ribus eorundẽ ſeu alias diligẽtias nõ facientium vt tenebant̃
quouiſmodo vacare·

¶ Jtẽ idem ſanctiſſim⁹ dñs noſter intẽdẽs ꝙ p̃latiões ſiue pre
rogatiue in eccl'iaſticis bñficijs vigore gr̃aꝝ expectatiuaꝝ aſſe
quẽdis iuxta pſonaꝝ cõditiones ꝛ merita moderent̃· Statuit
decreuit ꝛ ordiauit ꝙ inter bñtes gr̃as expectatiuas hmõi nobi
les de Ducũ marchionũ ꝛ comitũ genere qui reputãt̃ illuſtres
ꝛ officiales apl'ice ſedis infraſcripti videlꝫ Referẽdarij protho

notarij pticipātes lrāꝝ aplicaꝝ correctores: eiuſdē ſedis ſubdi
aconi: nūerarij: cauſaꝝ palacij aplici auditores: Camere aplice
clerici ſimiliter nūerarij: ⁊ participātes. Curie cauſaꝝ dicte ca
mere gnalis auditor. Abbreuiatores de pco maiori ſua officia
actu exercētes. Oibus alijs qualitercūq; qlificatis in aſſecuti
one quorūcūq; beneficioꝝ q̄ hmōi grāꝝ vigore expectabūt qua
cūq; diligētia receptiōe vel creatiōe in canonicos nō obſtante
potiores exiſtāt. Alij vero nobiles ex inferiori nobiliuȝ genere
mgrī in theologia: doctores in vtroq; vel alteꝝ iuriū q fuerint
graduati in aliq̄ vniuerſitate ſtudij generalis. Necnō familia
res ſue. S. nō deſcripti: qui erāt veri familiares cōtinui cōme
ſales tēpore ſue aſſumptiōis ad ſummi aplatus apiceȝ: Oibus
alijs etiā creatis vel receptis in canonicos: aut diligētioribus
in pceſſu ſiliter pferanī. Ceteri aūt magiſtri aut baccalarij for
mati in theologia doctores: ⁊ cū rigore examinis licēciati etiā
in altero iuriū: necnō in medicina ⁊ in artibꝰ mgrī qui poſt ſu
ſceptū gradū aliqbus annis legerint. Et in hiſpanijs etiā ī al
tero iuriū baccalariū qui in ſili ſtudio ſex annis ſtuduerīt: nec
nō alij familiares cōtinui cōmenſales ſue. S. nō deſcripti: qui
ad familiaritatē poſt aſſumptionē hmōi venerūt ⁊. xii. familia
res ſinguloꝝ ſctē Ro. ec. Cardinaliū per eos noīandi ⁊ in libro
Cācellarie aplice deſcribēdi pariformiter oībus alijs pferanī.
Inter ſe aūt ſi cōcurrāt ipi graduati ⁊ familiares vltimo loco
ſcripti ius cōe ſuare voluit. Et ſi oēs ⁊ ſingli graduati ſupradi
cti inter ſe cōcurrāt: ſeruato tn̄ ordine ſuprascripto magis gra
duati minꝰ graduatis: ⁊ inter eq̄liter graduatos pus gradua
ti. Et ſiliter inter oēs ⁊ ſingulos ſupraſcriptos magis qlificati
minꝰ qualificatis pariformiter pferanī. Ipſi tn̄ familiares ſue
S. ſupradictis. xii. familiaribus Cardinaliū ceteris paribꝰ pre
feranī Et q inter oēs ⁊ ſingulos ſupradictos ⁊ alios quoſcūq;
ceteris paribus pn̄tes in dicta curia qui eā per ſex mēſes ante
vacationē beneficioꝝ ſecuti fuerint abſentibus ab eadē etiam
graduatis extra vniuerſitates locoꝝ in quibus ſtudiū vigeat

generale. Et inter p̄ntes inter ſe ſimul cōcurrētes vel abſentes inter ſe nō beneficiati benefia q̄ūolibet obtinētibus pariter p̄ferant̄. Saluis p̄rogatiuis ꝛ antelatōibus certis ſuis familiaribus cōtinuis cōmenſalibus in Cācellaria predicta ſeu litteris deſuper conficiendis deſcribendis per eundē Sanctiſſimū dominū noſtrum concedendis quibus per hanc conſtitutionem noluit in aliquo derogari.

Placet publicentur ꝛ deſcribant̄ in Cancellaria apoſtolica. J.

¶ Lecte ꝛ publicate fuerūt ſupraſcripte regule Rome in Cācellaria apoſtolica die martis. iiii. mēſis Julij Anno domini. M. cccclxxxvi. Inditione. iiii. Pontificatus. S. D. N. dn̄i Innocentij. Anno eius ſecūdo.

¶ Reuocatio reſeruationū vnionū annexionū ꝛ incorporationū.

¶ Sanctiſſimus in xp̄o pater ꝛ dn̄s noſter dn̄s Innocētius diuina ꝓuidētia papa. viii. vrgētibus nōnullis rōnabilibus cauſis oēs ꝛ ſingulas eccleſiaꝝ monaſterioꝝ dignitates ꝛ beneficioꝝ eccleſiaſticoꝝ quorūlibet ſpeciales reſeruatiōes: vniōes annexiones: incorpatiōes vniēdi quoq̄ annecti ꝛ incorpandi mādata perpetua vel ad tēpus que a ſua. S. quauis etiā prelatorū Regū Ducū ꝛ alioꝝ principū vniuerſitatū ſtudioꝝ ꝛ iuriū ablatoꝝ vel ceſſoꝝ necnō impenſoꝝ ſue. S. etiaz pro fide catholica obſequioꝝ ſeu alia quacūq̄ cōſideratiōe pro quibuſuis pſonis cuiuſcūq̄ ſtatus gradus ordinis ꝛ cōditionis exiſtētibus: ꝛ quacūq̄ eccl'iaſtica ꝛ mūdana dignitate fungētibus. etiaz cū motus ꝓprij ꝛ certe ſcientie ac plenitudinis ptātis clauſulis a ſua. S. ꝛ ap̄lice ſedis legatis: vel alias quauis aucte hactenus emanarūt necnō qualcūq̄ facultates quibuſuis ap̄lice ſedis legatis etiā de latere ꝛ nūcijs ſup his que ex officio legatōis eorū nō poſſunt ꝛ p̄ncipaliter eis cōmiſſa negocia nō cōcernūt reuocauit quo ad ea in quibus nōdū ſunt ſortite effectū dūtaxat etiā ſi in ip̄is ſpālibus reſuatiōibus vnionib⁹ annexionib⁹ in

corpationibus ꝛ mādatis ac facultatū ꝯceſſionibus cōtineret expſſe ꝙ ille in hmōi generalibus reuocatōibus que fierēt nullatenus includerent̄ niſi de perſonaꝝ quas cōcernūt ꝛ quaruꝫ cōſideratiōe emanarunt noībus cognominibus dignitatibus ꝛ officijs ac cauſis ꝑpter quas ꝯceſſe ſunt ſeu queuis alia expſſio indiuidua fieret de eiſdeꝫ idqꝫ eis inſinuaret̄ per diuerſas lr̄as ſub diuerſis datis ꝛ earundē perſonaꝝ in reuocatōe hmōi expreſſus accederet aſſenſus quas et quaſcūqꝫ alias clauſulas quo ad hmōi effectū ꝙ nō includerent̄ in hmōi reuocatōne in eis adiecte forēt: illas hic pro infectis habēſ nemini voluit nullatenꝰ ſuffragari quo minus in pn̄ti reuocatiōe includerent̄. perinde ac ſi oīa requiſita ad eoꝝ reuocationē iuxta eoꝝ formas ꝛ clauſulas hic ſpecificarent̄. Decreuit quoqꝫ irritū ꝛ inane quicquid p̄textu earundē ſic reuocataꝝ ſcienter vel ignorāter poſt reuocatōis eiuſdē in Cancellaria ap̄lica publicationē contingeret attemptari.

Placet publicet̄ ꝛ deſcribat̄. J.

Lecta ꝛ publicata eſt ſupradicta regula in Cācellaria ap̄lica Anno a natiuitate domini. M.cccclxxxvi. die martis. xviii. menſis Septembris Pontificatus eiuſdē domini noſtri pape. Anno tertio.

De motu proprio.

Sanctiſſimus in xp̄o pater ꝛ dominus noſter dn̄s Innocentius diuina ꝓuidentia papa. viii. certis nōnullis ſuadētibus cauſis voluit ſtatuit ꝛ ordīauit ꝙ in expectatiuis gr̄is illarūqꝫ extēſiōibus reualidatōibus ꝛ collationū mutatōibus per ipſuꝫ de cetero cōcedēdis ac deſuper ꝯficiendis lr̄is verba ꝓprij motus quo ad beneficia inantea vacatura. nulli cuiuſcūqꝫ dignitatis ſtatus gradus ꝛ cōditōis fuerint qūolibet ſuffragentur: niſi ſolum ꝛ dumtaxat ad tollendū ꝛ excludendū ſurreptioneꝫ litterarū earundem.

Placet publicet̄ ꝛ deſcribat̄. J.

Regl̄a ꝙ familiares familiariū pape ſint veri familiares.

¶Sanctiſſimus in xp̄o pater ⁊ dominꝰ noſter dn̄s Innocētiꝰ
diuina ꝓuidentia papa·viii. volens vniuerſos ⁊ ſingulos non
ſolū ſuos ſed etiā prelatoꝝ ſuoꝝ domeſticoꝝ ſue ſanctitatis ob
ſequijs ⁊ ſeruitijs domeſticis ꝯtinue inſiſtentiū familiares cō
tinuos cōmenſales ap̄licis fauoribus ꝓſequi voluit ſtatuit et
ordinauit declarauit atq; decreuit ⁊ per p̄ntes vult ſtatuit or/
dinat declarat decernit ⁊ mādat eoſdē prelatos ſuos domeſti/
cos etiā ſi extra palaciū apoſtolicū habitauerint ⁊ ipſoꝝ prela/
toꝝ ac familiariū ſue·S·familiares continuos cōmenſales di/
ctis ſeruitijs dictoꝝ prelatoꝝ ⁊ familiariū nunc ⁊ pro tempore
cōtinue inſiſtētes veros et indubitatos familiares ſue·S· eſſe
noīari ⁊ reputari in omnibus per omnia etiā quo ad p̄rogati/
uas per quoſcūq; auditores ⁊ iudices iudicari ac oībus et ſin/
gulis priuilegijs p̄eminētijs antelationibus indultis cōceſſio
nibus prerogatiuis iuribꝰ ⁊ īmunitatibus quibus ſue·S·veri
familiares continui cōmenſales in palacio apoſtolico ſue ſan/
ctitatis ſeruitijs domeſticis cōtinue inſiſtentes et habitantes
